



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 16. Henricus VIII. bellum Flandris inserendum a Galliarum Rege incitatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. XVI.

Sæcul. XVI.
A. C. 1528.*Henricus VIII. bellum Flandris inferendum a Galliarum Rege incitatus.*

Nihilominus mutua, quibus ambo hi Principes flagrabant, odia non nisi funesta erant præfagia acerrimi belli, quod non modo in Italia, sed etiam in Belgio, Burgundia, atque in Pyrenæis montibus accendebatur. Ipse etiam Oceanus, ac mare Mediterraneum bellicis furoribus æstuabat. Præprimis Franciscus Galliarum Rex vehementer Henricum VIII. stimulabat, ut junctis cum eo viribus Flandriam tum militibus destitutam invaderet, ea lege, ut omnes urbes, quæ armis occuparentur, Angliæ Regis imperio adjungerentur, donec circa ea, quæ Hispani Anglis debebant, integra fieret compositio, postmodum vero ambo Reges hæc urbes æquis partibus inter se dividerent: Cum vero Angliæ Rex ex fœdere, quod nuper cum Belgis dissolverat, longe plus damni quam lucri percepisset, eo quod præcipui illius rēditus ex suorum subditorum

ceptasse asserunt; saltem Cæsar nullius ignaviæ infimulari potest, qui tempus & locum pugnae indixit, non autem declinavit.

Sæc. XVI.
A. C. 1528.

ditorum commercio cum Flandris provenirent, hanc vero negotiandi facilitatem sibi metipsum præcidere haud posset, quin sese civilis belli periculo exponeret, hinc quadraginta dierum inducias postulabat, ut hujus moræ beneficio Mercatoribus commodum bona, quæ in Belgio habebant, extrahendi spacium concederet; postea vero proposuit, quod Gallos inter & Belgas per octo Menses armorum quies esset, nec his contentus, cum probe nosset, quod Galliarum Rex præter aurum nullo alio magis efficaci medio ad acceptandas hæc inducias permoveri posset, hinc eidem spondit, quod interea ad ferendas Italici belli expensas triginta aureorum milia numeraturus foret, quam quoque summam Rex quantocius acceptabat.

§. XVII.

*Lautreci copiae relicta Romandiola
Neapolis Regno admotæ.*

*Mem. du
Bellay lib. 3*

Jamjam Lautrecus potissimam Mediolanensis Ducatus partem suis armis subjecerat, nulloque ferme negotio ipsam Metropolim imperio ditionique Regis sui subicere potuisset, nisi cunctas has urbes Francisco Sfortiæ reddere, atque ad liberandum Pontificem Romam contendere jussus fuisset, quamvis